

# COMMENTARII

AD CONSVETVDINES

PRAECLARAE CIVIT. BARRI,

IN QVIBVS QVAM PLVRIMAE

*vtiles & subtiles Quaestiones in materia*

*vtriusque Iuris disputantur:*

Ac diuersi Tractatus Iuris cumulantur.

ET IN MATERIA IURIS LONGOBARDI,

multa dicuntur pariter, & de iure ciuili, Regni Neap.

tyronibus & veteranis in forensibus causis

versantibus

AVTHORE D. VINCENTIO MAXILLA AB

Atella Lucaniae origine, Barrensi nobili ciue allecto

V. I. D. Clarissimo.



V E N E T I I S,

Apud Bernardum Basam. M. D. XCVI.

Ad instantiam Antonij Prandi.



*De la lib<sup>a</sup>  
vel Coll. de  
F. Quercia*





MAG.<sup>CI</sup>S EGREGIISQVE VIRIS  
SINDICIS VNIVERSITATI,  
& hominibus præclarę Ciuitatis Barri .

VINCENTIVS MAXILLA AB ATELLA  
Lucanię origine, Barrensi. V. I. D.  
S. P. D.



*VVM superioribus annis Magnifici, generosi, ac egregij Magnates, in Sarmatiam (quam recentiores Polonia dicunt) in seruitijs Serenissima Domine BONAE Sfortia de Arragonia REGINAE Poloniae, meae Dominae accersitus fuerim: ibi existens, domesticis curis ac forensibus causis quibus in patria premebar (vt scitis) solutus, quid in tanto ocio mihi agendum esset, animo saepe volitabam, cum non minus ocij quam negocij ratio sit exposcenda, ac more Africani tunc minus ociosos nos esse cum in ocio sumus recordarer. Demum cum omnia qua in terris gignuntur ad vsum hominum, homines autem hominum causa iuxta Stoicorum placitum esse generatos agnoscerem, vt in domum Domini ex horriolo meo offerrem, quod Deo gratum, & hominibus non inutile esset, & patriae praesertim (cui plurimum debetur) non iniucundum, super scriptas Consuetudines huius praecleara nostra Ciuitatis Barri, pro tenui ingenio mei facultate aliquid scribere decreueram: Ex hoc enim considerabam praelecta mihi patriae Barrensi debitum soluere, & ingenium quod ocio torpebat, excitare. Videbam ab annis quingentis & ultra, eas compilatas, ex fonte explosi iuris Longobardi, vt plurimum excerptas: varia & Constitutionum, Capitulorum, Rituum, ac Pragmaticarum iura in Regno successisse, earum multas nouo Regni iure correctas, multas contrario usu abolitas, multas vero non recta intelligentia deprauari. Vtiliter imò necessario, sedula interpretatione eas adiuuandas esse putabam. Et quamuis ab hoc me proposito paruitas ingenij & doctrinae, librorum carentia, cum in Sarmatia degissem, vnde lex Imperialis exulat Inuidorum demum liuor, qui de alijs*

CLARISSIMO, ET  
ECCELLENTISS. VIRO

DOMINO SCIPIONI DE SVMMA

*Patritio Neapolitano: I. C. Celeberrimo:*

LVTIORVM ET ROSARVM BARONI,  
ac Sac. Regij Collateralis Consilij Consiliario dignifs.

VINCENTIVS MAXILLA AB ATELLA

*Lucania, origine Barrensis. Vtriusq; Iuris Doct.*

S. P. D.



OS est omnium scribentium Excellen-  
tissime Domine, suas luciubrationes  
suaq; studia, & labores alicui Clarissimo  
viro (veluti diuo certo) dedicare: vt il-  
lius nomine, clipeo, & fauore in publicū  
veniant: mordaces perinde linguas, & la-  
trantiū, ora a morfu, & latratu prohibeant:  
& opus quod de se forte frigeret fomen-  
tum acciperet. Quum igitur per id tempus quo Sarmatiæ in ser-  
uitiis Serenissimæ Dominae Bonæ Sfortiæ Reginae Poloniae fa-  
miliaribus ac forensibus negocijs vacuus fui, ne ocio torperet  
ingenium, vtque benemerenti prælectæ mihi patriæ Barrési, &  
posteris pro virili consularem, opus meis viribus (fateor inge-  
nue) longe impar, interpretationem scilicet in Barréses scriptas  
Consuetudines, audaci pectore agredi minime veritus fui. An-  
nuente Deo crassa tamen qua potui Minerua perfeci. Quum  
interpretationes ipsas per hominum ora dare decreuissem, cu-  
ius patrocinio, cuius fauori, cuius denique tuitioni committe-  
re debuissem animo mecum sæpe reuoluebam. Tandem cui hoc  
melius committi possit, quam SCIPIONI DE SVMMA  
viro optimo videbam neminem: hic enim vetustissima nobili-  
tate, & attauorum longa profapia in vrbe Partenopea refulget,  
hic potentia clarus, hic inter Iurisconsultos alter Papinianus

§. HODIE NOSTRO IVRE.

**H**odie nostro iure, neque quantitas, neque contractus, ultra unciam unam in Civitate nostra distinguitur, nisi interuenerint instrumenta, & in rationibus nauium, aut mercatorum.



Irca intelligentiam presentis consuetudinis dicam Deo dante infra, eodem tit. in §. licet viue vocis, ubi textus diffusè loquitur.

§. SINE IVRE IVRANDO.



SINE iure iurando nullus testis admittitur, etsi præclaro Curie honore præfulgeat.

- C**oncordat cum iure C. i. iurandi, C. de testib. de iure Digest. † hoc nõ erat cautum, vt declarat Bart. in comẽtario extrauag. Ad reprimendũ, in verbo & figura, nisi in casu l. Theopompus, ff. de dote præleg. Ultra ius C. quod in teste requiratur iuramentum, est cautum iure Canonum, c. item iurandi, 4. q. 3. c. hortamur, 3. q. 9. c. tuis quæstionibus, de testib. † & in tantum hoc est, quod Papa non potest dispensare, quod testes in proferendo testimonio non habeant iurare. ita Felin. in c. constitutus, col. 8. in 2. fall. de rescript. allegat hoc dixisse Aug. de Ancona, in lib. de potestate Ecclesiæ, q. 55. in ult. art. † Nec etiam potest fieri statutum, & factum non valeret, quod testes non habeant iurare: nam tale statutum induceret facultatem peccandi, quo casu non valeret, l. conuenire, ff. de pact. dotal. l. vni, §. sed ne, ibi, ne furandi detur occasio C. de Latin. liber. tollen. & hoc firmat Afiliet. in præhud. consti. Regni, in q. 12. concl. 6. vers. tertium exemplum. Statutum verò quod non citentur partes ad videndum iuramenta testium, vale-